A

MŰVÉSZETTÖRTÉNETI DOKUMENTÁCIÓS KÖZPO

FORRÁSKIADVÁNYAI IV.

URBARIA ET CONSCRIPTION

2. FÜZET

LAAK – ZSÁMBOK

(1–25 FASCICULUS)

MŰVÉSZETTÖRTÉNETI ADATO

BUDAPEST, 1967



A MÜVÉSZETTÖRTÉNETI DOKUMENTÁCIÓS KÖZPONT
FORRÁSKIADVÁNYAI
IV.

URBARIA ET CONSCRIPTIONES

2. füzet
/1-25 fasciculus/

Müvészettörténeti adatok
Laák - Zsámbók

Budapest
1967

A MÜVÉSZETTÖRTÉNETI DOKUMENTÁCIÓS KÖZPONT FORRÁSKIADVÁNYAI
Szerkeszti: Németh Lajos

A kötetet szerkesztette: Henszlmann Lilla
Az anyagot gyüjtötte és a bevezetést irta: dr.Baranyai Béláné

A kötet az Országos Müemléki Felügyelőség
támogatásával, közös kiadványként készült.

Kiadja a Muzeumi Ismeretterjesztő Központ Propaganda Osztálya

LAÁK oppidum et arx
Somogy m.

é.n./XVII.sz.v./ Conscriptio dirutae arcis Laák.

+ + +

...arci Laák et parte orientali adviciniatur Somogyvár, ex nequidem quadranto milliaris constat sclavi et rasciani adinveniantur... constat ex domibus more bosnensi villissime extructis circiter No 60...

...arx ipsa Laák undique destructa, cum annexo suburbi exteriori constat ex domibus incolatis circiter No 26.

OL. U. et C. fasc.10/74, p.20.

LAK arx
Somogy m.

é.n./XVII.sz.v./ Conscriptio brevis dirutae arcis Lak.

+ + +

...arx ipsa deserta Lak est lacum Balatony situata,familiae Gyulaianae haereditaria...

In arce et suburbi ejusdem adinveniuntur incolae...

Aestimatio: arx deserta antiqua Lak familiae Jankovich hereditaria

Majori	Minori	Minimo
fl. 285.-	fl. 190.-	fl. 95.-

OL. U. et C. fasc.10/74, p.3 és 10.

LACZFALVA udvarház
Zemplén m.

1628.VI.3. Occupatio et inventatio bonorum Gyurichkayanorum...

/Paulus Chyk./

+ + +

...udvarház, kiben vagion egy szoba; Pytvar, két kamara: mind rossz, elrohatt. Lóistálló vagion 8 lóra való.

OL. U. et C. fasc.10/23, p.6.

LAJOSFALVA curia
Nyitra m.

1696.X.30. Conscriptio et aestimatio bonorum Nyarianae Fiscalium...

/Franciscus Beniczky, Judlium Comitatus Nitriensis, Stephanus Lauro Jurassor Comitatus ejusdem.2 Gy.p.)

+ + +

...primo intrando a parte inferiori... pagum Lajosfalva ad manum dexteram invenimus fundum curiae nobilitaris, in quo olim ex coctis lateribus aedificium cum cinctura residentiae habebatur, cujus cinctura totaliter eversa,ut in loco ejusdem nonnisi terra cespitosa appareret, praeter rudera duorum angulorum.

Residentiae vero inferior contignatio absque omni prorsus cellario, intrando atrium a manu dextra unum, a sinistra aliud cubicula diruta, absque padimento superiori sine tecto, imo et parietibus in medietate ruinatis extendantur...

OL. U. et C. fasc.10/77, p.1.

LAPCSINA castellum
Zala m.

1692.IX.6. Aestimatio totius insulae Murakeöz.
/per Georgium Ladislaum Nagy Csaktornyae./

+ + +

Aestimatio Castelli et Bonorum Lapcsina triplici taxatione mediante modo infrascripto desumpta.

Hoc Castellum muratum et totaliter tegulis Coopertum constans in prima et secunda Contignatione ex Culinis sub fornice duabus Cubiculis partim sub fornice, partim vero simpliciter tabulato extructis Novem, Cellario sub longo sub fornici uno, ambitibus e regione hujus ab infra, et desuper sub fornice oblongis duobus, praeterea stabulo uno et Cameris Simplicioribus quatuor erectis, aestimabatur:

Majori:	Minori:	Minimo:
4.500.- fl.	4.250.- fl.	4.000.- fl.

OL. U. et C. fasc.3/5, p.29.

LAPSINA castellum et villa
Zala m.

1720.X.14. Conscriptio dominii Csáktornya... per Stephanum Jeszenszky de Camerae Regiae Hungaricae Consiliarius...

+ + +

Hic actu nihil habet dominium, verum castellum cum sua oeconomia, et totam villam de facto possidet D.Baro Laurentius de Bercendis ex

inscriptione Marchionis Le Prie...

OL. U. et C. fasc.3/7, p.61.

LAPISPATAK curia
Sáros m.

1672.VIII.22. /Összeirás./

\+ + +

...in hac possessione habetur una curia nobilitaris lignea cum allodio in separato loco situata, horreo et stabulis pro pecoribus necessariis recenter ex ligno aedificatis.

OL. U. et C. fasc.11/33, p.4.

LAPOS curia
Sáros m.

1718.I.4-6. Conscriptio possessionis Lapos.
/Alexander Károlyi, Civitatis Eperjesiensis Tricesimator; Gy.p./

\+ + +

...in eadem possessione Lapos dicta in comitatu que Saárossiensi habita,datur una curia totaliter ex ligno aedificata; ad cujus introitum quasi parvum propugnaculum ligneum nondum perfectum est; inde fit introitus ad atrium; ex atrio ad dextram est unum cubiculum adaptatum, in quo nova porta,seu janua est,et nova viridis fornax, duae fenestrae novae plumbo impositae, cui cubiculo vicinatur una camerula januam simplicem habens. Ad leavem vero manum, ex atrio intrando aliud est cubiculum necdum adaptatum, sine porta, fenestris et fornace. In atrio datur una parva culina; sub cubiculo autem est unum cellarium muratum, verum sine fornice. Totum hoc aedificium est novis scandulis tectum, parietes tam interne quam externe necdum inalbati sunt. Post curiam est locus pro hortulo parvo. Curia haec est aedificata fundataque in duobus mediae sessionis fundis desertis, utpote Palovszka et Vasilovszka.

Qua intratur ad aream curiae ad laevam est cubiculum pro familia simplex, stramine tectum, ad dextram vero datur aedificium pro allodio stramine pariter tectum necdum in statu perfecto.

...unum parvum stabulum, ...horreum stramine tectum... horti fructiferi...

OL. U. et C. fasc.10/66, p.1.

LASZTÓCZ curia
Zemplén m.

1738.IX.20. Conscriptio bonorum Sigismundi et Joannis Fekete... nec non nobilis Dominae Catharinae Pongrácz de N.Mihály.

/Andreas Ladislaus Szustik, Registrator.; 1 gy.p./

\+ + +

...in hac possessione datur una nobilitaris curia, commodis satis provisa aedificiis ligneis...

OL. U. et C. fasc.9/67, p.2.

LECZKA curia
Trencsén m.

1713.VI.16. és 17. Confiscatio bonorum.

/Wolfgangus Maythény, Tricesimator; Gy.p./

\+ + +

Et primo quidem curia nobilitaris lapidea in possessione Leczka fere tota intrinsece ruinata, cujus tectum ad hoc commodum.

In ejusdem curiae uno hypocausto superioris contignationis reperta una cista...

In inferiori contignatione cellarium fornicatum, cubiculum cum camera pro familia fornicatum.

...Stabuli...

A parte superiori domus hortus...

A parte inferiori domus hortus cum exiguis... arboribus...

OL. U. et C. fasc.10/85, p.1.

LÉDECS curiae
Trencsén m.

1671. Urbarium bonorum Arcis Kasza...

/Georgius Novosredsky Canonicus Nitriensis, Franciscus Ordódy, Stephanus Kerek; tanuk. 3 gy.p./

\+ + +

...Sunt ibidem Curiae duae nobilitares ligneae, cum Allodiis duobus, hortis, Lupuletis, et uno Braxatorio...

OL. U. et C. fasc.16/8, p.24.

LEDNICZE castellum
Trencsén m.

1718. Summaria aestimatio Dominii Lednicze prae manibus Dominorum Heredum Mattyasovszkianorum titulo hypothecario existentis.

/Posony. Cam. Hung./

\+ + +

Arx Ledniczensis, Item Castellum in Rovnye, et alia aedificia... aestimanda utpote in 5000.- fl.

OL. U. et C. fasc.18/11.

LEDNICZE castrum
Trencsén m.

1720.VII.11. Conscriptio seu Liquidatio Restantiarum et onerum in Dominio Lednicze nec non aedificiorum Reparationum...

\+ + +

Liquidatio et Aestimatio

Aedificiorum et Reparationis Castri Lednicze, Sub Dominio Familiae Mattyasovszky, Contractualiter, et quidem Puncto 2-do et 3-tio admissae adhibitis peritis Murariis Magistris, Antonio videlicet et Joanne Schmitt Theutopronensibus Dominii Baymócz, et Fabris Lignariis Scilicet Daniele Molitoris, Joanne Ryeszky, et Georgio Dubravka, Dominii Illava Magistris praevie deposito juramento, per eosdem ac praemissa remonstratione, liquidatione, et aestimatione, me etiam praesente /quo accessus mihi patuit/ Sub eodem Juramento peracta et ordine sequentium:

Aestimatio operum, et Laboris
a parte Murariorum, In Castro Lednicze.

1-mo.	In ingressu forinseco primo Arcis a latere Pontis erectus Murus, aestimatur ad fl.	6.--
2-do.	A latere interioris Portae 1-mae duae Fenestrae una videlicet erecta, alia occlusa.....	2.--
3-tio.	Ad parvam Portam Fortnya dictam, penes Cubiculum Vigiliarum murus restauratus,in Consolidationemque ejusdem forinsecus Pylyer erectus.....	43.--
4.	Tres Fenestrae ad Pontem Arcis Superioris Propugnaculi Siti Consolidatae ad Crateribus ferreis firmatae.....	8.--

5.	E regione Fontis intrinsecae Portae restauratae.....	2.--
6.	Fenestrae Carceris,et 2dae Portae Arcis Superioris restauratio aestimatur ad.....	6.--
7.	Gradus interioris Arcis penes Dominale Gazophilacium ante hac ligneum totaliter putrefactus, jam vero fundamentaliter erectus.....	45.--
8.	Dealbatio e regione gradus ejusdem siti cubiculi.....	2.--
9.	E regione minoris Culinae penes Cubiculum Castellani reparatio muri ad Pergulam.....	1.50
10.	In Praememorato Cubicello Castellani erecta Fornax.....	1.75
11.	Fenestrae quatuor in Atrio Palatii Consolidatae.....	1.50
12.	Cubiculorum duorum erectio Supra Portam interiorem Arcis Superioris /hosszu részletezés/... sed neque Tectum desuper Contiguum Tecto reliquo Arcensi proportionato citra erectionem, et elevationem similium murorum, pro Cubiculis adaptatorem conjungi, et adaptari potuisset,ad orgias No 66 ex lapidibus Singulam orgiam aestimatur, per fl 6 facit.....	396.--
13.	Turris Arcensis reparatio.....	4.--
14.	Cinctura eminentis Propugnaculi Sztraka dicti Supra Arcem altissime siti, ex quo antiqui muri reliquiae per continuos imbres, pluvia ac nives dissipatae ac dissolutae fuissent, sed et Possessores casu edocti fuissent, quos ejusmodi ruinam Arx interior clandestine subintrari potuisset, imo et ex Arcis vinculis quidam per Propugnaculum idem ruinatum semet salvasset, ne taliter idem Castrum periculo tali expositum reddatur, et tali ex accidenti, et casu cum rebus in Conserva habitis Dominalibus, sed et Custodibus Arcensibus, et pro occurrenti delinquentibus quoque vi Juris gladii Dominii in vinculo detineri solitis exponatur, licet ascensus ejusdem difficillimus gradibus constrictis, ex Petra in eminentiam excisis, ac Protensis, erecta tamen est ad orgias No 40 1/2, singulam per fl.10. ex lapidibus constituta.....	405.--
15.	Reparatio, et dealbatio Palatii majoris posterioris.....	17.--

16. Ad gradus alterius ordinis itidem certus murus erectus..... 24.--

17. In inferiori area Arcis Stabula erecta orgiarum No 20.
E regione Satraparum Cubiculo Moravka dicti adauctio muri superest 8.
Adauctio Cubiculi Satraparum itidem orgiarum 6 Demum Muri exstrinseci a parte Oppidi Superius adauctio orgiarum 30.
Ad Portam demum Cubiculum exstructum orgiarum 20.= orgia 84.
Singula harum per florenos 5 computando..... 420.--

18. Sub Propugnaculo Sztraka dicto a Porta Forinseca 1-ma introitus Arcensis murus per declivitatem supra Petram ductus orgiarum No 23, Singulam per florenos 5, d.50..... 126.50

19. Supra fontem Propugnaculi, ubi Tormenta collocari solent, adauctio muri orgiarum 42, Singula per florenos 8; aestimatur ad..... 336.--

Latus aestimati laboris murariorum..... fl 1847.25

Aestimatio operis, et laboris a parte Murariorum
In Oenopolio Ledniczensi.

Ibidem in oenopolio Dominalis, Fornix Cellarii post incinerationem Casualem Anno 1714. Collapsus erectus est cum adaptatione Cellarii aestimatur..... 80.--
Duorum Cubicolorum, et Stabulorum extrinsece, et ab intus ab incrustatione aestimatur ad..... 20.--

Constituunt Expensa secundum aestimationem Murariorum:..... 100.--

In Oenopolio Lyszensi.

Oenopolium Liszense in Anno 1710 funditus incineratum demum erectum, constans ex orgiis No 148 ex Crudis Lateribus, Singulam orgiam per fl. 1, d 65 Computando in Toto constitueret... 244.20

Latus Expensarum in oenopolio Liszensi liquidatur per se.

Aestimatio laboris a parte Murariorum
In Oenopolio Puchoviensi.

Oenoplium Puchoviense aeque exustum, erectum constans ex orgiis No 150. Singula per fl. 1 d. 65 aestimata, siquidem ex crudis lateribus, constituit..... 113.25
Ibidem Fornax, et Caminus..... 10.--
In eodem Oppido recenter erecta Domus Sumptibus Dominalibus Orgiarum No 151 per fl. 1 d. 65.
Facit in Toto..... 298.65
Ibidem a Fornacibus, fenestris, et Caminis..... 22.35

Erectio, et Reparatio Puchoviensis constituit fl.nos..... 494.25

Reparatio a parte Murariorum
Castelli Rovnya.

Penes Filiam in Cubiculis novus Caminus erectus..... 25.--
Domus Crematoria ex Fundamento erecta..... 100.21
Fons a Fundamento extructus..... 40.--
Culinae erectio..... 30.--

Aestimatio reparationis Castelli..... 195.21

Aestimatio operum, et laborum
a parte Fabrorum lignariorium
In Castro Lednicze.

1-mo. In ingressu ejusdem Arcis Cinctura ex Palankis quercinis cum Porta duplicata,ac suis accessoriis, et Ferreis repagulis aestimatur ad..... 14.50
2-do Pons eregione Portae 2dae in ingressu ad Arcem inferiorem cum universis Accessoriis, ac labore fabrili..... 17.--
3. Ad exitum Portae Fortnya dictae, cum labore itidem fabrorum Ferrariorum..... 6.--
4. Pons Superioris Arcis in ingressu Portae cum Accessoriis..... 11.--
5. In contiguo ad fontem, Columnae quercinae, et Pavimentum Extructum..... 3.--
6. Labor Craterum, Carcerum modo dictorum ferreorum..... 1.50
7. Labor Craterum interioris Arcis binarum Portarum aestimatur.

8.	Fenestrae Carcerum Arcis interioris cum limite.....	-.50
9.	Portae Arcis Superioris.....	1.--
10.	Gradus Arcis Superioris e regione interioris quartae Portae.....	3.50
11.	Novorum duorum Cubicolorum labor.....	16.--
12.	Turris Pavimentum, et Tectum.....	15.--
13.	Propugnaculi Sztraka dicti Tectum.....	8.--
14.	Tecta cum pergulis Arcis Superioris infra Sztrakam...	51.--
15.	Item Tectum Super Palatio versus Templum protensum...	13.--
16.	Gradus alterius Ordinis protensi versus cubicula in Contiguo Portae interioris Sita.....	17.--
17.	In Exteriori Arce erectorum Stabulorum, Portae Cubiculorum, et Supra Fontem Propugnaculi Tectum cum labore Fabrorum.....	135.--
18.	Pro Arcensi Reparatione empti de Ferro Centenarii No 7 per florenos 6.....	47./V
	In Toto Exurgit aestimatio haec.....	360.--

Aestimatio operum et laboris,
a Parte Fabrorum Lignarium.

Circa Allodium, Oenopolium, molas Ledniczensem ac Lehotensem, et Horrea Zubakensia.

In Oppido Lednicze Allodium post incinerationem Anni 1714 cum omnibus Horreis, et Stabulis, ac aliis accessoriis necessariis fundamentaliter erectum aestimatur.....	275.--
Oenopolium Ledniczense, post praemissam incinerationem, erectum ex Fundamento, aestimatur.....	140.--
In Possessione Zubak erecta duo horrea nova.....	43.--
Melioratio Molae Subarcensis Ledniczensis aestimatur est ad...	25.--
Item Mola Lehotkensis infra praedeclaratum Castrum Lednicze reparatio.....	25.--
Extendit se ejusmodi aestimatio ad fl.	508.--

Aestimatio Oenopoly Lyszensis a parte Fabrorum Lignariorum.

Oenopolium Lyszense utsupra in Cineres redactum duarum Con-... tignationum cum omnibus accessoriis constituit.....	220.--

Latus hujus oenopolii erectione per se.

Aestimatio Laboris, et operum, a parte Fabrorum Lignariorum in Oenopolio, ac Domo Puchoviensibus.

Puchoviense Oenopolium erectum cum omnibus requisitis accessoriis constituit..... 260.--
Ibidem Porro Domus Sumptibus Dominalibus erecta cum omnibus accessoriis..... 240.--

Summa hujus aestimationis..... 500.--

Reparatio a parte Fabrorum Lignariorum in Castello Rovnya.

In ingressu Castelli cum Cinctura vulgo Párkány, Porta Nova erecta..... 7.--
a Via Tractus Castelli praetensus, Scandulis Tectus cum accessoriis reparationibus intrinsecis aestimatur ad..... 80.--
Penes Tiliam Cubicula reparata cum novis Portis..... 30.--
In Tilia Castelli Filagoriae erectio..... 30.--
Secundus Tractus aedificii, cum suis reparationibus, in inferiori quoque contignatione factis universis..... 220.--
Stabula nova ibidem cum Porta ad oboram, ac Currium Conservatio..... 155.--
Filagoria in Horto..... 50.--
Portae ad Horrea versus Campum..... 2.50
Reparatio circa Horrea..... 7.--
In Allodio pro Pecoribus erecta Stabula cum Portis et circumferentiis Párkány dictis..... 43.--
Demum Porta ad hortum Saárközianum a Via..... 1.50

Summa reparationis aestimatae, circa Castellum at Allodium Rovnense aestimatur ad..... 626.--

OL. U. et C. fasc.18/10.

LEDNICZE castrum
Trencsén m.

1720. Conscriptio bonorum ad Castrum Lednicze spectantium... /Franciscus Andreas Terstyánszky Tricesimator Trencheniensis. Gy.p./

\+ + +

In aeditissimo Loco,ac fere inaccessibili Ruppe situatum conspicitur, per... Familiam Mattyasovszky notabiliter sumptibus sub hypo-

theca restauratum.

OL. U. et C. fasc.17/9.

LEGÉNYE domus
Zemplén m.

1680.IV.4. /Conscriptio... arcis Füzér etc./
/Leopoldus Wilhelmus de Draheim./

\+ + +

Melchioris Keczer portio in Legény

In Legenye est domus lapidea duarum contignationum cum duobus propugnaculis instar castelli, ruinoso et lacero tecto, confractis fornacibus et januis, fenestrisque totaliter per rebellos; stabulorum lapideorum sola rudera murorum exstant,ita ac horrei et domus familiaris destructa.

OL. U. et C. fasc.15/19, II. p.107.

LÉGRÁD castellum
Zala m.

1672. Aestimatio.

/Prasinszky Péter fiscalis./

\+ + +

Castellum Legradiense, totum ligneum, ad cujus ingressum Turris una antiqua quadra ex asseribus, cum tribus Domibus, in universum septem cubicula capientibus, tribus magnis stabulis, Cellario ad 12 Vasa et hortulo parvo aestimabatur:

Maiori pretio:	Minori:	Minimo:
300.-- fl.	250.-- fl.	200.-- fl.

Domus Coindilyana ibidem aestimabatur:

Maiori:	Minori:	Minimo:
150.-- fl.	125.-- fl.	100.-- fl.

OL. U. et C. fasc.3/5, p.32.

LEHE curia
Abauj m.

1712. /Extractus conscriptionis bonorum Francisci Monoky in rebellione demortui.../

\+ + +

...in possessione Lehe curia lignea,in qua 3 cubicula, 2 camera, 2 cellaria, 1 stabulum cum horreo... mola... horti... agri... educil-

lum desertum...

OL. U. et C. fasc.10/84, p.1.

LELESZ prémontrei prépostság, felszerelés
Zemplén m.

1569./1566/ Inventarium ac Inquisicio Rerum ac Bonorum Praepositurae Lelesziensis.

\+ + +

Inventarium rerum, et bonorum, praepositurae Lelezyensis medio Egregiorum, Franciscy Pesthiensis administratoris proventium sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis in partibus Regni Hungariae superioribus, et Mathiae Wyczmandj conscriptum XXI. die Mensis Januarii Anno dominj 1566.

In sacristia inferiorj.

Duo calices cuprei, cum patenis obducti argento et deauratj.
Pacificale parvum de argento cum catenula cuprea.
Indumentum Altaris de veluto rubeo, auroque texto vnum, Vna casula eiusdem velutj generis, cum omnibus attinentiis Pallium, seu Cappa una de Damasco albo aurato, et partis auratis circumdata, una cum pendula.
Casula una de Damasco albo aurato.
Indumentum Altaris unum similiter de Damasco albo aurato;
Duo Lintea quibus Altaria teguntur;
Casula una de Veluto Caeruleo auro texta.
Dalmaticae duae de veluto Caeruleo auro texto.
Casula una, de rubeo atlasio, mediocrj, cum partis auratis.
Dalmaticae duae virides floribus auro textis.
Casula una de Veluto rubeo cum partis auratis.
Casula una Caerulea floribus aureis,
Duae dalmaticae de Damasco albo.
Casula una de Damasco albo auro texto.
Duae Casulae rubeae, floribus textae.
Casula una caerulea de Atlasio mediocrj
Casula una viridis aureis floribus texta
Cappa una rubea aureis floribus texta cum Nodo magno.
Cappa vna de Caeruleo Atlasio mediocrj cum Nodo.
Cappa una de Atlasio rubej et subalbj coloris vulgo Test Zÿn
Duae Dalmaticae de Veluto rubeo aurato cum floribus albis
Duae Dalmaticae de veluto viridj:

Casula una Caerulea de Atlasio mediocrj seu simplicy.
Dalmatica una de Atlasio Caeruleo;
Dalmatica viridis de veluto simpliori, vulgo Kender Barsony.
Dalmatica una de veluto rubeo.
Dalmatica una vetus, cum floribus rubeis.
Cappa una de sindone Nigro:
Cappa una de Damasco albo.
Dalmatica altera vetus cum floribus rubeis.
Casula una de hernasio albo
Indumentum altaris unum de taffota coloris rubej et subalbj, lana subductum.
Indumentum Altaris unum de veluto aurato
Indumentum Altaris de sindone nigro
Indumentum Altaris vetus de velute rubeo.
Indumentum Altaris varii coloris.
Indumentum Altaris de sindone Caerulea lana subductum.
Indumentum Altaris Vnum de Damasco Caeruelo vile.
Indumentum Altaris in sacristia de Damasci auro mixto.
Indumentum Altaris vile de hernasio nigro.
Casula vilis de veluto rubeo.
Casula rubea varii Coloris.
Casula de veluto rubeo
Casula una de Damasco albo aureis floribus decorato.
Casula una de Damasco viridj
Indumentum Altaris vile et laceratum de veluto purpureo
Tapetum Vnum rubeum et vile,
Casula una de Atlasio nigro.
Casula una de Veluto cum floribus nigris.
Duo Candelabra orycalchea maiora ad Altaria pertinentia
Duo Candelabra orycalchea mediocria in eundem usu parata.
Missalia tria.
Antiphonaria duo de Pergameno
Graduale Vnum.
Turribulum orycalcheum Vnum
Altare Viaticum:

Catalogus librorum.
Biblia S: Ambrosii.
Liber sermonum diversorum dierum:
Sermones discipulj de tempore:

Liber cuiusdam fratris Praemonstratensis ordinis super psalterium.
Duo Gradualia.
Duo Antiphonaria:
Vnum Graduale mediocre:
Liber Isjdorii:
Opera Tractatus Beatj Anselmj
Vnum parvum Psalterium
Tredecim Missilia /!/ quorum nonnulla sunt lacerata.
Sermones fratis Robertj

Duae formae ferreae pro pistandis oblatis
Quatuor porciones facis seu Lucernae
Candela Caerea qua die sabbato magno circa Baptisterium vtitur.
Quatuor Ceruicalia parvula quorum duo aurata quibus Librj in Altaribus opponuntur.
Portio Arundinis qua utitur in Caeremoniis Dominica palmarum Duo Baculj lignei quibus ante Altare lumina affiguntur Scrinium depositorum in quo sunt fl 500 centum per Praepositum Augustinum Bolwszyth quadragentj vero per D. Dominicum Dobo de Ruszka repositj in emendam sui ac Stephani Dobo capitum.

Ibidem res Templj possessionis Wayda:
Calix Vnus Argenteus et deauratus sed fractus
Decem Casulae viles:

In Domo Superiorj Domini Praepositj:
Tunicellae duae de Moharo albo:
Pallium Vnum eiusdem generis
Vestis de panno nigro:
Tunicella de panno albo vulpinis pellibus Ventrinis antiquis subducta:
Vestis nigra antiqua:
Duo Tapeta rubea parva ad tegendas Mensas apta
Tres pelles Lupinae Viles:
Duae pelles parvae vulpinae
Vna parva ladula parva Atramentaria
Duo Candelabra orycalcha ad usum Mense apta
Duo Recia pro capiendis coturnicibus:

Libri ibidem existentes:

Sermones Divi Augustinj.
Biblia Bohemica.
Biblia Latina.
Decretum Ecclesiasticum.
Biblia cum expositione...
Concordantiae maiores sacrae Bibliae
Liber Gracianj.
Sermones fratis Gabrielis Bacillethae
Formulare Instrumentorum.
Vnum Missale parvum.
Commentarium Nicolaj Gartany in quatuor Evangelia.
Confutaci calumniosissime Responsionis Justj Jonae.

Pelvis et Cantharus Stanneus pro lavandis manibus.
Vna serula ferrea.
Tres Canthari Stannej, unus pintarius, alter medius, tercius sesterciarius.
Duo dicti stannei viles.
Marsupia duo, cum capsa Malha vocata ex Coreo
Recia duo pro capiendis Leporibus...
Sex Scutellae stanneae.

Sub Tecto cuiusdam Domus
In Domo tenebrosa --- In Domo Dispensatoris --- In Culina ---
In Cellario --- In Domo Caseorum ---

OL. U. et C. fasc.18/15.

LELESZ prémontrei prépostság, felszerelés
Zemplén m.

1569.VI.29. Inventarium rerum et bonorum Praepositurae Lelesziensis, Matthiae Wyczmandy et Lucae Literatj Palathycz de Malcza, Aulicorum et Commissariorum S. C. Regiaque Maiestatis ad assignacionem Rev. Domino Balthasar Melegh Lelesziensis eiusdem praepositurae delegatorum...
/Lucas Palatycz, Matias Wyczmandy
2 papirfelzetes gy.p./

\+ + +

In sacristia Inferiorj

duo Calices Cuprej cum Patenis, obductj Argento et deauratj
unus Calix fractus sine Pedibus, valens circiter florenos duos.
vnus similiter calix parvus Argenteus, cum Patena Cuprea,
Pacificale parvum de Argento, cum Catenula Cuprea,
Indumentum Altaris de veluto rubeo, Auroque texto vnum;
una Casula eiusdem veluti generis, cum omnibus pertinentiis.
Pallium seu Cappa vna, de damasto albo Aurato, et Parthis Auratis
Circumdata, vna cum Pendula,
Casula vna de Albo damasto aurato,
Indumentum Altaris vnum, similiter de damasto albo Aurato,
duo lintea, quibus Altaria teguntur,
Casula vna de veluto Caeruleo Auro texto,
dalmaticae dua de veluto Caeruleo Auro texto.
Casula vna de rubeo Athlasio mediocry cum Parthis Auratis,
dalmaticae duae virides floribus Auro textis,
Casula vna de Veluto Rubeo cum Parthis Auratis,
Casula vna Caerulea floribus Aureis,
Duae dalmaticae de damasto albo,
Casula vna de damasto albo Auro texto.
Duae Casulae Rubeae, floribus textae,
Casula vna Caerulea de Atthlasio Mediocrj,
Casula vna viridis aureis floribus texta,
Cappa vna Rubea, Aureis floribus texta, cum Nodo Magno,
Cappa vna de Caeruleo Atthlasio mediocrj cum Nodo,
Cappa vna de Atthlasio Rubej et sub albj coloris vulgo testszyn,
duae dalmaticae de veluto Rubeo Aurato, cum floribus Albis,
duae dalmaticae de veluto viridj,
Casula vna Caerulea de Attlasio mediocrj seu simplicj,
Dalmatica vna de Atthlasio caeruleo,
dalmatica viridis de veluto simpliciorj wlgo kender bárson,
dalmatica una de veluto rubeo,
dalmatica una vetus cum floribus rubeis,
Cappa vna de sindone nigro
Cappa vna de damasto Albo,
Dalmatica Altera vetus cum floribus rubeis.
Casula vna de Hernasio Albo.
Indumentum Altaris vnum de Thaffotha, coloris Rubei et subalbj lana subductum.
Indumentum Altaris vnum de sindone nigro.

Indumentum Altaris vetus de veluto rubeo.
Indumentum Altaris vnum de veluto Aurato,
Indumentum Altaris de sindone caerulea lana subductum.
Indumentum Altaris vnum, de damasto Caeruleo vile.
Indumentum Altaris in Sacristia de damasto Auro mixto,
Indumentum Altaris vile de Hernasio nigro,
Casula vilis de veluto rubeo,
Casula rubeo varii coloris,
Casula de velute rubeo,
Casula vna de damasto albo, Aureis floribus decorato,
Casula vna de damasto viridj.
Indumentum Altaris vile et laceratum de veluto purpureo,
Tapetum vnum rubeum et vile;
Casula vna de Attlasio Nigro,
Casula vna de veluto cum floribus Nigris,
Duo candelabra auricalchea maiora ad Altare pertinentia,
Duo Candelabra auricalchea mediocrj in eundem usum parata,
Missalia Tria,
Antiphonaria duo de Pergameno
Graduale vnum,
Turribulum auricalchum vnum.
Altare viaticum.

Catalogus librorum.
Biblia S. Ambrosij
liber sermonum diversorum dictum,
Sermones discipulj de Tempore
liber cujusdam fratris praemostratensis ordinis super Psalterium
duo Gradualia,
duo Antiphonaria,
Vnum Graduale Mediocre.
liber Isidorii,
opera Tractatus Beatj Anselmj.
Vnum Parvum Psalterium.
Tredecim Missalia, quorum Nonnulla sunt lacerata,
Sermones fratris Robertj.
.....
Candela cerea qua die sabbatto magno circa Baptisterium utitur.

Quatuor cervicalia parvula, quorum duo aurata, quibus libri in altaribus apponuntur. Portio arundinis qua utitur in ceremoniis Dominica Palmarum.

Duo baculj lignej, quibus ante altare lumine affiguntur.

Scrinium depositorum vacuum unicum,ex quo Dominus Lazarus Schwendy per lancigeros suos, effracto, edisecatur scrinio ipso, 400 florenos Dominorum Dobonum in redemptionem capitum eorundem alias depositos, et 100 defunctj Praepositi Augustini afferre fecisset, qui necessario in suum locum reponi debent.

Ibidem Res templi Possessionis Wayda.

Calix vnus Argenteus et deauratus, sed fractus.

decem Casulae vilis.

OL. U. et C. fasc.18/17.

LELESZ castellum /prémontréi prépostság/
Zemplén m.

1682.X.30. Urbarium Castelli Lelesziensis... item oppidorum et Possessionum... Colonorumque ad idem pertinentium... Ex Commissione... Vilhelmi a Drahim, Inclytae Scepusiensis Camerae Praefecti... descriptum.

/Per Stephanum Balogh Fiscalem provisorem./

\+ + +

Inventarium Rerum in Castello Lelesziensi repertarum per Stephanum Barlok Inclytae Scepusiensi Camerae Mandatarum... conscriptum...

Az Refectorium neuü házban egy Eöregh serfező üst... --- Konyhán... ---

Kapu közöt szakállas tizenegy /következik a fegyverek felsorolása./ ---

Felső Szeglet Palotján... /vas- és fémtárgyak/ ---

Ebédlő Palothán. Egy kerekded asztal, hét apró székek.

Egy pohár Szék üres. Az Ur Házában egy ágy. Egy hitván bürős szék. Alat az kis Udvaron 12 köpü méh.

...Pinczében... ---

Item in Allodio sive Horreo Lelesziensi... ---

OL. U. et C. fasc.18/19, p.3.

LELESZ oppidum, curia
Zemplén m.

1569.VII.1. Inventarium rerum et bonorum Praeposituraе Lelesziensis Matthiae Wyczmandy et Lucae Literatj Palathycz de Malcza...
/Lucas Palatycz, Matias Wyczmandy, 2 papir felzetes gy.p./

\+ + +

Est una domus Allodialis cum horto et Curia...
OL. U. et C. fasc.18/17, p.11.

LENGYELFALVA kőház
Abaujvár m.

1672.XI.8. Inventarium bonorum Gabrielis Erős...
/Michael Györy; gy.p./

\+ + +

Az udvarhazban
vagyon egy kőbül való 2 contignatiós ház...
/szoba berendezése./
A szobának ajtaja előtt vagyon fel menő gradics a padgyára...
Vagyon más szoba kiben az asszony lakott melyben vagyon egy zöld kályhás kemencze... egy zöld nyoszolya...
Azon házbul nyiló kis pitvar, abbol nyiló kis kamara...
Egy üres kis pincze...
Abul nyiló kis kamarában...
Az pitvar ajtaja előtt egy romladozott fillagoria...
Az szoba alatt...
A sütő házban...
Vagyon egy fábul csinált eöregh palota, mennyezete festett...
A palota pitvarban egy fedél nélkül való nyoszolya...
Abbul nyiló cseléd házban...
Vagyon cselédház tornácza alatt...
Veteményes kert, ... fábul épitett istálló...
OL. U. et C. fasc.10/70, p.1-2.

LENGYELFALVA curia
Abaujvár m.

1692.XI.9. Conscriptio possessionis Lengyelfalva.
/Joannes Granasz; Gregorius Lukacsik./

\+ + +

...habentur curiae lapideae notabilitaris rudera, cum fundis allodii et cauleti...

OL. U. et C. fasc.10/70, p.4.

LENGYELTHOTY castellum desertum
Somogy m.

é.n./XVII.sz.v./ Conscriptio brevis dirutae arcis Lak.

\+ + +

...pago Osztopán ex parte meridionali adjacet dirutum castellum Lengyelthoty nobilium Lengyel haereditarium...

OL. U. et C. fasc.10/74, p.5.

LETAVA arx, thermae
Trencsén m.

1696.I.7. Inventatio bonorum Dominae Susannae Balassae adhuc prae manibus Fisci Regii existentium.

\+ + +

...a capite bonorum in arce Letava ex parte Familiae Lengyelianae qualenam quintam partem certi cubiculi possideret...

...sub praefata arce Letava habetur allodium...

Praeter hacce in his Bonis Letaviczensibus habentur Thermae Bajczenses; ad has thermas extat domus per formam quasi diversorii ex ligno exstructa, et inter quinque possessores communis, cujus pars quinta Fiscum Regium respicit.

OL. U. et C. fasc.10/75, p.1.

LEVKA templom
Vas m.

1597.VI.18. Vrbarium Castri Lévka una cum Pertinentiis eiusdem ex Mandato Spectabilis ac Magnifici Domini Domini Francisci de Nádasd comitis et Per Egregios Gabrielem Sogody, et Michaelem Szuly... Conscriptum.

\+ + +

Item vagyon az Templomhoz egy Reth... circiter fallcastra 4. Annuatim az Che mester fizett rula f.3. az Templum szwksegére és epületje Erogalljak.

OL. U. et C. fasc.23/9, p.37.

LEVELEK curia
Szabolcs m.

1730.XII.20. Conscriptio possessionum possessionariarum illarum, quae olim ad dominium Ecsed... pertinebant...

/Johannes Antonius Medveczky; Conscriptor Dominii Ecsediensis./

+ + +

...datur curia nobilitaris scandulis tecta et bene accomodata...

OL. U. et C. fasc.13/49, p.25.

LEVELEK curia
Szabolcs m.

1731.IV.7. Aestimatio possessionum et portionum possessionariarum... quae olim ad dominium Ecsed... pertinebant...

+ + +

	6 %	5 %
curia nobilitaris scandulis tecta, et bene accomodata, quae respectu suae accommodationis aestimatur.....	fl. 200.-	240.-

OL. U. et C. fasc.13/50, p.21.

LIPÓCZ curia
Sáros m.

1673.VI.1. Conscriptio bonorum Joannis Berthoty in comitatu Sárosiensi occupatorum.

/5 aláírás./

+ + +

...ubi nobilitaris curia vetus et ex ligno aedificata stramine solummodo tecta, in ea unum atrium, cubiculum unum, in eadem mensa quadrangularis, circa eam scamma, tres fenestrae, duae vitreae, sine eo tertia, item fornax una rusticana simplex. Est etiam ex atrio camera pro lacte conservando, ad latus domus Hara lignea, anserina penes pro pecoribus aliud hyemale stabulum e regione horreum ligneum stramineque tectum. Item penes illud straminis foenique conservatorium. Item... domus pecorum statio et penes una camera, sub tecto autem conservatorium foeni.

Hoc autem aedificium mediocriter fere ruinosum et desolatum circumdatum est vallo ligneo. Post horreum est pomarium circumdatum humilioribus saepibus.

OL. U. et C. fasc.14/12, p.7.

LIPTÓUJVÁR arx
Liptó m.

1688.VIII.29. Urbarium autem resignatorum Bonorum...
/ai nélkül./

\+ + +

...Primo ingrediendo Arcem exterior Porta antea per Rebellos exusta, verum per Officiales attunc Arcis commode restaurata, una cum Piscina exteriori noviter extructa, ... a laeva parte Stuba Satrapalis antiqua..., per Pontem antiquum trans Piscinam veterem exstructum inferioris Arcis Porta, a laeva parte Hypocaustum...

A Porta inferioris Arcis ad dextram asservatorium Curruum... ac consequenter sex Stabula... Postea per rotundos gradus ascendendo atrium cum quarta Palatinali commune inde Septentrionem versus minus Palatium, per eundemque tractum usque ad angulum ab angulo ad alteram... angularem domum orientem versus sitam; omnia aedificia... cum Palatio hypocausto Octo... Conclavia quinque, atria quinque...

Infra gradus rotundos pennarium, sed vicina Pistrina. Culina Cocorum hypocaustum proportionaliter communi usui relicta. In aditu Arcis Superioris per gradus ascendendo, prima porta pensilis, cum Cathena, secunda duplicata cum Postibus et Obicibus ferreis, Penes eandem in sinistra parte portae atrii Repositorium vulgo Tarház... ulterius Hypocaustum Castellani..., in dextra parte...Portae atrii aliud atrium exiguum, sub quo Carcer, portae Cubiculum Satellitum cum qarta Palatinali communi usui destinata.

Ex atrio Portae per rotundos gradus ascendendo immediate atrium secundae contignationis..., dehinc Palatium cum fornace, mappa et quatuor Equis depictis, itidem a latere Cubiculum... Abhinc per eosdem gradus hypocaustum unum majus cum fornace, ulterius ex sinistra parte Culina parva et penes eam fornix, a dextris Hypocaustum cum fornace, per quod transitur in suprafatum Palatium, ... In hac contignatione praeter quasdam fenestras omnia aliqcantulum melius accomodata.

Porro superius per eosdem gradus ascendendo ad dextram Domus Frumentaria cum tribus ligneis granariis. Adhuc ulterius eosdem gradus ascendendo dextram versus hypocaustum cum fornace, exinde stuba cum recessu.

Adhuc Superius per eosdem gradus tendendo in summa contignatione hypocaustum..., a dextris in Turri Camera, a sinistris vero duo atria cum uno exiguo hypocausto fere totaliter ruinata, et antiqui gradus.

A prate /sic!/ Orientali seu a tergo Arcis Supra culinam unus tractus trium contignationum,in quo Cubicula et atria potiori ex parte desolata, excepto tamen uno hypocausto... Palatinali... Sub Culina Cellarium... Penes atrium portae integrum Cellarium...

Prout Allodium penes Arcem... cum recentibus aedificiis... 6 Horreis noviter Industria Domini Provisoris exstructis, stabulis reliquisque adjacentibus aedificys, locus Tabernae, domus Vietoris, Braxatorium desturbiorum tempore incineratum... Reaedificatio Arcis extructioque tectorum Proportionaliter cum quarta Palatinali communibus laboribus sumptibus at auxiliis sunt.

OL. U. et C. fasc.23/7, p.112 etc.

LIPTÓUJVÁR arx
Liptó m.

1731.V.31. ...facta Revisio... Actualis Status Sui Inventatio Arcis...

/ai: Ladislaus Okolicsányi Camerae Reg. Hung.Consiliarius; Joannes Semberi Montan. Cameral. Vice Prefectus, Joannes Dom. Krumpholtz a parte Cels. Principis Emanuelis de Lichtenstein Plenipotentiarius; 2 gy.p./

\+ + +

In accessu Arcis Externae ad Pontem Fossae Repagulum Ligneum... appensum. Post septem Passuum Pontem sunt Valveae...Portae, Fornix ex simplici muro cum conjuncta cubicula Portary... Ab hoc aedificio tamquam Cinctura prima currit murus ad latera Externae Arcis... Cubiculum Hajdonicale... Aedificium versus Partem Septentrionalem in Angulo in forma Cellarii... /7 Stabula pro 5-6 Equis./ Curule Conservatorium... 11 Columnis suffulto... A quo loco juxta Decursum Cincturae Exterioris Arcis versus meridiem pergendo, hanc totam non ex muro, sed trabibus ab utroque latere constructis, in altitudinem 10 trabium... alte excurentibus /!/, internae autem lapidibus repletam invenimus, in longitudine 22 orgiarum... foeni Conservatorium ex lateribus, asserum et Columnis exstructum... Ab hoc porro inter orientem et ab occidente concurrente Angulo est murus Contiguus 4 orgiarum altitudinis, longitudinis... 35 orgiarum..., tectura ex Scandulis... quo muro Meridiei tali-

ter opposito in Angulo a Porta Arcis... existentium aedificiorum concurrente; Ipse Angulus contineret primo Atrium, abinde... versus Meridiem triplicem declusuram, ubi modo Crematura distillaretur;---Atrio.. procedendo habetur primum Cubiculum... Ab hinc in contiguitate... conservatorium altilium...---Clausura pro aeconomicalibus Culinarys conservatione apta... Turris minor rotunda, gradus rotundos ad Superiorem Contignationem Continens... esset... altitudinis 5 orgiarum /5 ablak./

Curule Conservatorium...

Superioris... Contignationis Status... inter meridiem et occidentem Angulare Cubiculum. /3 ablak./ Ad hoc Cubiculum est accessus per Atrium... Ex opposito cubiculi per Atrium transeundo est Cubiculum duarum fenestrarum... Ex quo cubiculo in contiguitate... versus Septentrionem... tertium Cubiculum... Ulterius... ex hoc Cubiculo pergendo pervenitur ad Culinam... Ex eadem continuo pergendo ad Cubiculum commodum duarum fenestrarum... habet... dependentes duas Tabulas pictas, una Equum, altera Ursum repraesentat,... Ex hoc... Cubiculo... ad Atrium Transitur...; hoc Atrium in forma Culinae---Ab inde...procedendo pervenitur ad secundum Atrium... Pervenitur ad Cubiculum sat commodum, ...pervenitur ad Cubiculum amplius in angulo versus occidentem et septentrionem /5 ablak./... Ex hoc Cubiculo versus orientem... venitur ad Atrium... Hinc continuo... Cubiculum... Atrium... Hinc etiam ulterius in ordine transeundo devenitur ad Cubiculum quatuor fenestrarum.. Camera... Cubiculum... Atrium... Cubiculum... Camera... Atrium... Cubiculum... Camera... Atrium. Ex hoc Atrio ad ultimum huius contiguitatis... transitur... Angulare Cubiculum /9 ablak/ --- Gradus ad tectum, quod tectum asseribus pro Conservatione frumenti bene expositum, in longitudine contineret orgias 54, in latitudine... trium orgiarum; tectura... Scandularum integra...

In praementionata Turri rotunda est Campanula medii Centenarii circiter, pro Consueto pulsu meridiei et vespertino et dum in Sacello Divina celebraretur dando Pulsu...

Exterioris Arcis Inventatione definita.

...ad interiorem quatuor quasi cum sub tecto existente Contignationum antiquae fundationis... processum est, cujus Porta a Terra duabus orgiis in Petra elevata et Columnis ex Solido lapide in Circulum conjunctis bene consistens, ad eam ascendentibus a dextris juxta murum gradus ligneos in opposito vero quasi Pontem transitum ad Contignationem secundam... habet...

Atrium in Aream internam... protensum 6 orgiarum latitudinis vero trium, totum quidem fornicatum...

In eadem parte porro Cubiculum sed jam desolatum pro Clavigero fornacis... Sub fundo cujus est ingressus ad Cellarium duplex sub toto aedificio existens, unum pavimentatum, aliud vere fornicatum.

Ex dicto Atrio ad Arcem internam procedendo est Porta lapidea antiquata... a dextris est Porta ad turrim mediocrem...

Ex hoc Atrio versus origentem intratur ad Cubiculum... in Contiguitate... est Culina commoda... ex hac... praecaedendo est Fornix unius fenestrae majoris et alterius Parve... et taliter hic ordo aedificiorum in hoc tractu finitur.

...Redeundo ad gradus usque rotundos, per unum gradum ascendendo transitur ad Cubiculum, Seu Anticameram fornicatam. Hinc versus occidentem procedendo, transitur in Cubiculum satis commodum /2 ablak./ et ordinarium condam Dominorum et Officialium suorum residentiam... fornax viridis major antiquata... in septem lapideis Columnis Consistens..., In hoc Cubiculo ... a... parte meridionale est fornix,... nunc vero pro Sacello usuatur..., a dextris... est secundum cubiculum /2 ablak./ /északnyugati sarokszoba/ --- Camera... Secessus...---Abinde ad... gradus rotundos redeundo, et ad decimum gradum ascendendo,est fenestra..., a qua iterum ad septimum gradum est altera fenestra..., ab hac... per octo gradus ascendendo transitur versus meridiem per fores ad aedificium vacuum in forma ampli cubiculi sive Palacy... /2 ablak; a szoba fele bolthajtás alatt./ Ab hinc versus orientem in pariete sunt fores in altum unius orgiae, ad quas per gradus ascendendo devenitur ad similem murorum vacuitatem Capellam, prae se ferentium nulla tamen fenestra praeter unum foramen quasi,... pavimento vero totaliter ferme putrido duobus Columnis suffulto.

Extum ad dictos gradus rotundos redeundo, et per quinque ascendendo sunt fores, per quas versus occidentem in desolatum aedificium amplum quasi Palatium penetratur... /7 ablak./ ...

Ex hoc aedificio versus meridie transitur ad Cubiculum Angulare. /2 ablak/.

...Ab hinc... ad gradus rotundos redeundo, ad Septimum ascendendo est fenestra...

Ab hinc per viginti novem gradus ascendendo est similis fenestra...; a qua per duos gradus ascendendo est aditus ad Cubiculum... /2 ablak/. Ex hoc cubiculo contigue versus Orientem Culina /2 ablak/.

Ad... gradus rotundos redeundo, et per Septem ascendendo devenitur... sub tectum... deserti Palatii... cum duobus Suis Canalibus in Scandulis jam ferme putridum...

Ab hinc... per octo gradus ascendendo est fenestra, a qua rursus

per decem ascendendo devenitur per fores ad desertum satis tamen amplum Cubiculum; ... versus Orientem cum tribus Atriis vel Cubiculis desertis... una Camera, ad quam per gradus descenditur.

Per... rotundos gradus viginti septem ascendendo penes parvas duas vacuas fenestras sub tectum pervenitur ad propugnaculum Supremum, Turris Angularis quippe Arci conjunctae summitatem...

Area internae Arcis versus orientem excurrens quindecim orgiarum longitudinis, latitudinis autem quinque orgiarum, in cujus longitudinis termino ab ortu consistit antiquum aedificium quatuor cum inferiori contignationum, Superne recenter Scandulis tectum, interne vero consistens ex Cubiculis quatuor, Atrys duobus... et Culina una... Fornix... Fons antiquus... juxta quem est descensus ad Cellarium sub... antiquo aedificio non quidem fornicatum...

Inter aedificia et dictae Areae latus Septentrionale est Simplex murus in altitudine Septem orgiarum, Scandulis tectus, sub cujus tecto esset quidem ambulacrum.

Qua interna Arce in toto Suo Corpore antiquo aedificio confuse constructo, tametsi interne etiam parietum et muri, quam plurimae ruinae observatae fuissent..., a... Turri Angulari penes latus meridionale ad orientem procedentibus nulla talis muri ruptura appareret... In Angulo vero inter meridiem et septentrionem est rotundum... Turris,... sub qua aedificata... est Carcer... communiter rotundus./épületek részletezésével./

Dominale Braxatorium. /2 contign./ /Kőház, a bodnáré, faház/,... Argila et carcer circumpacta, interne... lapidibus exposita Alodium Sub Arcense.

Aedificia Oenopolii Dovaloviensis ---

Alodium Hibense ---

Oenopolium Hibense ---

Oenopolium ad Pontem Hibensem in defluxu Vagi ---

Alodium Király Lehotense ---

Oenoplium in Mrawnik ad Depositorium Salis ---

Oenopolium Werbiczense ad Oppidum Szent Miklós Situatum ---

Oenopolium Werbicense Secundum minus ---

Allodium Ptostinense ---

/Ezek mind a vár különböző részei, igen részletes leirással./

OL. U. et C. fasc.23/7, p.2 etc.

LISZKA oppidum
Zemplén m.

1644.III. Inventarium oppidi Liszka in rationem... Transilvaniae Principis.

+ + +

Farkas Vcza - Piarcz Vcza - Burgundia Vcza - Fölvegh - Rew Vcza - Derek Vcza - Alvegh - Koczord Vcza - Kertallia - Bodrogh Vcza -

OL. U. et C. fasc.18/1.

LISZKA pince, curia
Zemplén m.

1670.VI.18. Nemzetes Bónis Ferentz Uram Liszkai Némely javairul való Inventariom melly következő képpen következik.

/Per me Christophorum Cz... Fiscalem./

+ + +

Ezen Városnak Kócsord nevü Uczája Vigiben vagyon egy Derék pincze...

Az Pincze Padgián vagjon...

Vagyon ugyan ezen városban belől egy Derik Ház, melyekképpen külömböztetik megh.

Az első házon vagyon két üvegh Ablak...

Az házbul nyilik egy Bolt, azon Pléhes Ajtó.

Ezen háznak vigiben vagion egy Pitvar...

Az Konyhán... --- Ezen Pitvarbul Nyilik egy Fejér Ház, mellynek vannak két Ablakjai... /berendezés/ ---

Ezen házból nyilik egy Fejér Bolt... ---

Vagyon ezen ház vigiben két Ló Istállók, edgyik kisseb másik nagyob... ---

Jég Verem---Gyümöltsös, és Veteményes Kert, jó Sövényekkel keritet.

Annak végiben vagyon Egy Csürös kert, amelyben vagyon egy hitván Csür.

Ezen udvaron vagyon bé jövetelben Bal kéz felől egy kamera... --- Sajtóház... Ezen Sajtó házból nyilik egy nagi Bor ház... Ezen tul vagjon egy Vinczelér Ház...

Ugyan ezen udvarban a Garadits mellet egy Pincze... Kővel boltozot, ugian is vagjon Bal kéz felől egy kis Lyuk Pincze. Item a bé menetelben vagjon egi Hosszu Pincze... ---

Vagjon ezen udvaron két felé Nyiló kapu... az mellet vagjon egi Kis Ajtó. Annak vigiben egi tapaszos Palánk... ---

Vagjon az háznál könyvben bé kötve Articulusok és egi Tripartitum...

OL. U. et C. fasc.18/2.

LISZKA oppidum, domus
Zemplén m.

1690.XI.12. Inventata Bona confiscata Notorii Domini Michaelis Vay.

/Gabriel Desőfy; 2 tanu előtt. 2 gy.p./

\+ + +

In oppido Liszka domus, ubi tempore vindemiarum manere solent currus et familia domini terrestris, ita et vinczlerii aedificia, imprimis lignea, cum camera laterali, cum culina, in medio posita, itam penes hoc lapidea domus duo habitacula, omnia sub scandulis tecta, in fine hujus locus ubinam vina tempore vindemiae deponere solent, etiam lapidea, penes quam camera parva subsequitur fundus ejusdem, cellarium etiam, sub aedificiis circiter 20 vasa... imponi possunt...

OL. U. et C. fasc.10/65, p.9.

LJUBESCZICZA curia
Varasd m.

1731.VI.22. Conscriptio bonorum Ljubesczicza.

/Petrus Novak Comitatus Varasdiensis Judlium. Gy.p./

\+ + +

...curia lignea in statu bono constans ex tribus domibus et duabus cameris cum murato camino uno trans tectum deducto subtus vero in terra duo roborea cellaria sub bono assereo tecto, hinc paululim pergendo domus famulitii una adiacentibus duabus camerulis et coci domo, ac in medio culina ex roboribus sub assereo tecto in statu pariter bono. Item stabulum roboreum sub stramineo tecto, ita et allodium cum suis aedificiis noviter erectum...

OL. U. et C. fasc.10/91, p.1.

LOSSONCZ domus lignea
Nógrád m.

é.n./XVII.sz.v./ Conscriptio bonorum Dominae Christinae Bossany condam perillustrissimi Domini Georgii Szemere in oppido Lossoncz Nógrád m.

/per Matthiam Mikolai Filialistam Lossoncziensem./

\+ + +

Habet unam domum ligneam duarum contignationum, in qua residebat, in uno fundo rusticano exstructam.

...Domus haec valet florenos 500.

OL. U. et C. fasc.12. p.1.

LOSONC domus
Nógrád m.

1710. Conscriptio bonorum Francisci Darvas curialis nobilitaris Dolhániensi processu Szécseniensi.

\+ + +

In oppido Losonc... idem dominus habet domum ex ligno aedificatam, ubi habuit pro se duas domus et cubicula duo ex ligno aedificata, culinam pro familia, domum granarium, horreum, stabula pro equis 20 pariter ex lignis aedificata. Penes domum hortus pro variis seminaturis. Sub domo cellarium lapideum fornice erectum urnarum vini capacitatis circiter 80 ...

OL. U. et C. fasc.6/27, p.5.

LOVASBERÉNY község, templom, castellum
Fejér m.

1694.VII.12. Conscriptio Incolarum Pagi Lovas Berény olim oppidi in Comitatu Alba Regali.

\+ + +

Districtus Pagi Lovas Berén...

Jacet in aliqua planitie peramoena, circumdatus collibus, et monticulis...

In medio hujus Pagi a Sinistra est Ecclesia Calvinistarum, olim Catholicorum, coperta arundinibus; e regione videntur Castellj rudera, de cujus muris nil testat, nisi versus orientem modica pars ll passuum, et unius contignationis, ac aliqua fundamenta; portam lapideam, quae stabat versus meridiem, et pleraque Saxa avexerunt Turcae ad for-

tificandam Albam Regalem; olim, uti referunt coloni seniores, fuerit versus occasam 60 passuum longum, et latum 40; modo ibi Sunt duae casulae, reparari non potest, verum noviter ab integro exstruendum...

Sub aevo, et jugo Turcico possidebat Lovas Berén Dominus Franciscus Török, capitaneus Tattensis...

OL. U. et C. fasc.15/67, p.15 etc.

LŐCSE domus

Szepes m.

1673.VIII.2. Inventarium occupationis bonorum uxoris Marci Horvath Soffiae Mariassi...

/Stephanus Kolosváry, Dávid Bélaváry és 2 tanu; 4 gy.p./

\+ + +

...Joannes Mariassy, cujus domus sorte divisionis filiae suae Sophiae Mariassy cesserunt...

...in ejus inferiori fornice cysta viridis magna, in qua munda muliebria, utpote mappae, mantilia, linteamina, strophiola, mensalia et similia omnia supplicia... praetera in eadem cista clamys nigra antiqua ex panno anglicano et una magna Nux Muscatelina.

...cista secunda minor viridis in qua pro mensa tapet... tegumentum pro equo aptum rubrum... tegumentum sericeum vulgo Paplan...

.....

...in una cista viridi...pellibus vulpinis nigras pilei muliebres cista una viridis mediocris litteris... plena.

...cista una nigra similiter litteris plena...

.....

Sella pro podagrieris hominibus portandis apta.

.....

In atrio secundae contignationis:

.....

